

## **Oratiuncula apud studiosos, qui fuerunt participes certaminis Turicensis (9.11.1)**

Quod omnes textum Latinum bene et apte interpretari potestis satis comperti sumus. Quam ob rem vobis omnibus gratulamur.

Sunt autem, qui praecedant ceteris. Non solum copiose et recte vitam beati Meinradi in linguam Germanicam transtulerunt, sed etiam ad quaestiones in fine positas magna cum scientia responderunt.

His omnibus perlectis difficile erat, invenire, quis/quaе palmam huius ludi adeptus/adepta esset. Item non nominavimus victorem tertii gradus.

Sed in primo loco posuimus pari passu et Iuliam Bassiliam et Ionathanum Avogarium.

Nec non gratulamur Nataliae Rubrae (sive Rothen), quod sortita est secundum locum.

Nunc plaudite!